

3755 Tempori Bon[o pro salute | dominorum | [im]p. nn. L. Sep-
timi | Severi Perte[nacis et M. | Aurel. Anton]ini Augg. et | L.¹ Septimi . . . |
. . . . II | (*reliqua perierant*).

Tyrae (prope Akerman) rep. (III S. 12310 ex actis societatis histor. et arch. Odessitanae a. 1890; ib. 13747 ex Latyschev inscr. de Russie 1889/91 p. 60). — 1) P. altera edita.

3756 deo | magno | et Fato | bono | Val. Valens | v. p., praefect.
classis Mis. | p. v.¹ Gordianae | votum solvit.

Θεῷ μεγίστῳ καὶ καλῇ Μοίρᾳ | Οὐάλης
ἀρχὴν λαχὼν ἔπαρχον Μεισηρῶν στόλου
ἔστη|σα βωμὸν ἐκτελῶν εὐχὴν | ἐμήν.

Cumis (vel Miseni) rep., est Neapoli (X 3356 Inscr. Gr. Ital. 873 viderunt Mommsen et Kaibel). Titulus Latinus in quattuor, Graecus (posteriore ut videtur tempore additus) in tribus lateribus arae legitur (Graeci tituli versus in singulis lateribus aliter divisi). — 1) Vir perfectissimus, praefectus classis Misenenensis pie vindicis. Idem Valerius Valens est supra N. 2159 (not. 8).

3757 Fatis divinis C. Clod[ius] . . . anus | ex viso vo[tum] solvit
(*pedum plantae sex*).

Romae ut videtur (VI 143 servavit Marinius). — Fata divina tria picta sunt in sepulcro infra N. 3961. Fata deum tria habes Eph. ep. 8, 128 = Buecheler carn. epigr. 1169.

3758 Fatis divin.¹ | et barbaric. | v. s. l. m. | Postumia P. l. | Cal-
pirhoe.

Aquileiae rep. (V 775 vidit Mommsen). — 1) 'Fata vel potius Fati barbarici non videntur esse posse nisi numina eius generis in barbarico culta, id est peregrina, quibus opponi Romana tamquam vere divina notabile est' Mommsen.

3759 Fatis mas[culis] sacr. | Staumus Ve[sumi] Britti¹ et | Cornelia
S. fil. | Prisca | ex voto posuer. |

Vezzani (inter Tridentum et lacum Benacum) rep., deinde Tridenti (V 5002 vidit Mommsen). — 1) Nomen barbaricum.

3760 Fatabus | Deico | Biei f. | v. s. l. m.

Prope Brixiam rep. (V 4209 cf. p. 1079 vidit Mommsen).

3761 Fatis Fata[bus] | Druius M. No[ni] | Arri Muciani¹ c. [v.]² |
actor praedioru[m] | Tublinat.³, tegurium⁴ | a solo incendio suo fe[ci]t et
in tutela eius | HS n̄. CC conlustrio⁵ | fundi Vettiani³ dedit.

Castel Doblinò inter Tridentum et lacum Benacum (V 5005 vidit Kiepert). — 1) Consul fuit anno p. Chr. 201; cf. supra N. 1148. — 2) Clarissimi viri. — 3) Praediorum Tublinatium nomen servavit Castel Doblinò, fundi Veltiani nomen vicus Vezzano. — 4) Ita dictum pro tugurio (non recte vocabula distinguere conatus est Labusius). — 5) Collegium rusticorum, agrorum lustrationis causa constitutum.